

N 129

Vel satis, & dulces fluctant ē fontibus haustus.
 Hordea multa gerit, vites quoque terra feraces.
 Finis ad occiduas qui non bene respicit horas
 Mille quater passus Ebusina distat ab urbe.
 Eximii colles plani spectacula campi;
 Intrepidas arces, & mœnia tuta dederunt.
 Unda sinum grandem, gelidam quæ spectat
 ad Arcton,

Dulcibus insuper
 Circumquaque

Queque superstat ei duplex dedit insula portum.
 Circumquaque fluunt latices ē fontibus orti
 Dulcibus, herba viret, calami junciq; palustres.
 Celsior à medio porrectus in aëra collis
 Eximias altis habuit cum turribus arces.
 Ardua sed triplices circumdant mœnia muri;
 Subsistunt muris foveæ de monte cavatæ;
 Lata duodecas habuerunt mœnia turrets.

f. 23

Arcus ab his quantum poterit portare sagittam
 Turrigeri stabant montano robore muri.
 Difficiles aditus præbebant invia saxa.
 Hinc quantum forti bis missile mittitur arcu
 Cernitur exterior descriptæ circulus urbis,

Turribus & forti circumdata mœnia muro,

Cujus fossa triplex immania robora lingit;
 Fossa redundat aquis, quas attribueret paludes

Winkhof anstundem
 & mit d. darinnen

Urbis, & in summo fuit arx à partibus Austri.
 Mons foris æquoreæ pulsatus viribus undæ,

aco s. i. arco

4) po: tum con. fortum
 pontu

Juxta quem dederant longos sinuamina portus.
 Altera pars montis, quæ nempe recisa videtur,

Sed triplices foveæ gelida non prorsus ab Arcto
 Usque tenent pontem, pontiq; tuerentur & Euro

monet

Mœnia cum grandi posito super æquora saxo;
 Erectum paries saxum secernit ab urbe;

Incipit à portu, protensus desinit illic,
 Quo mons præruptus subjectas spectat in undas.

Boce

Turriger hinc murus summas ascendit ad arces
 Duplex, & triplici tutus munimine fossæ.

ab almurç

(ser)

Bogæ flores, & flores gentis Iberæ
 Tutantur validis Ebusinam viribus urbem.

Hujus militis princeps à Rege secundus
 Fertur Abulmunior, fuerat cui tradita terra.

qui p. se verges xpi
 v. post

Vir fuit ille ferox captivus ab urbe Gerunda,
 Qui postquam verū Christi Baptisma negavit,
 Verna fuit Sathanæ, quo non crudelior ullus.

Explicit Liber Tertius. Roy.

Liber

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Nox erat incipiens, præcesserat Hesperus
 astra:

Alphææ venere rates: Ebusina juvenus
 Inter conspectos stabat densissima muros.

creba fer

Buccina repletur flatu, lituique, tubæque;
 Tota sonat classis, conclamant civis, & hospes,

Sed Latia superat clamor de gente levatus.
 Spicula crebra ferunt, missos à mœnibus ignes.

erat

Phebus ab æquorea postquam processerat unda,
 Clarueratque dies populis pugnantibus aptus,

Circumstant acies, ponuntur in ordine castra.
 Plurima vallis habet tentoria, plurima collis,

Transcurrit campos celeris Pisana juvenus,
 Invaditque suos non pigris gressibus hostes.

f. 17

Saxa volant ritu pluvie de turribus altis,
 Tela fudesq; terunt propiores mœnibus hostes.

Lh

Difficiles aditus per dura pericula fossæ
 Pisana subeunt acies, portisque sub ipsis

Non trepidant gladiis duos concidere muros.
 Ardescunt animi; pugnant cominus instant;
 Ictibus assiduis, clypei, galeæque teruntur,
 Nec prohibere valet thorax penetrantia tela;

A Vulnus, & interitus passim, sanguisq; redundant.
 Nox postquam veniens ferventia bella diremit,
 In sua Pisani redeunt tentoria fessi.

Sed remeante die, turmisque petentibus arma,
 Machina construitur sapientum viribus acta

Artificum, turres feriens quæ dissipat altas.
 Tunc aries, & cratesque simul sunt addita muris,

Plena viris etiam per vallum vinea serpit,
 Qui vario nisu perstringere robora tentant.

Obsita stat garabis protectis pontica ripa,
 E quibus armatæ properant ad bella cohortes.

Dant animi vires, media Mars sævit in unda,
 Nec tenet unda viros, medio stant agmina fluctu,

Innumerisque patent hominum discrimina telis.
 Lis geritur gladiis, pugna furit anxius ardor,

B Turrigeræque petunt muralia robora naves.
 Bartolus Anfosusque simul rapiuntur in undas,

Nec vitant ictus, sed plana per æquora Mauris
 Duriter abstantes jaculata cuspide sternunt.

Huc Opitho virtute potens mox flecitur habenas,
 Et Maurum peditem media transfigit in unda.

Altus Parlasii Petrus, atque Bono generosus
 Guido satus jaciunt hastas, mucronibus inde

Concidunt Mauros; densantur ab urbe sagittæ,
 Arcitenensque sagax per visus figit utrumque,

Et de classe viri positum super æquora murum
 Poscunt, & celsas invadunt agmina turrets.

Transiliunt fossas, alii properantius addunt
 Ad conscendendum muri super ardua scalas:

Proficiunt lapides jaculantes, tela, fudesque
 De muris Mauri, Pisanaque robora pellunt,

Et instant acies, donec sol fervidus ipsas
 Festibus accensas cogit sua castra subire.

Interea turrim faciunt, solitasque per artes,
 Unaquaque die muros, & mœnia frangunt,

Arripit Alphæos belli violenta cupido,
 Et latas intrant pugnares undique fossas.

Tunc demum juvenes subeunt mœnia quinque,
 Maurorum cuneos violentis viribus urgent:

Hij contra jaciunt lapides, & tela fugaces
 Quatuor ex illis facti transcurrere saltu

Non dubitant aditus, quintusque remansit in illis
 Pipini natus, socii quem deseruerunt.

Quid faceret? vel cuius opem pugnando rogaret?
 Proficiunt lapides in eum de turribus altis;

D A scapulis murus, contra quem plurimus hostis:
 Figitur innumeris telis, variisque sagittis;

More viri pugnat, quindenis natus ab annis,
 In se conversos sternitque viriliter hostes.

Cum tamen illorum nimius petit impetus ipsum,
 Corruit, & pariter cadit cum sanguine vitam,

Innumeri subeunt membris puerilibus enses,
 Mauri letantur, socii stant cæde dolentes.

Exercetque suos dum gens Pisana labores,
 Tormentum mirum labentis solis ab axe,

Quod longo tractu muralia robora poscat,
 Fecit Oriciades, simul & testudinis artem:

Letus in hac aries murales sternere cursus
 Nititur, & penetrat impulsu præpete muros.

E Ast Ebusitanis non est ad prælia dispar
 Ingenium, totas dant in certamina vires,

Cumque suas faciunt non æquis viribus artes,
 Pisanos tentant penitus confringere nifus.

Dum magni lapides, quos ardua machina portat,
 Immensam certant muris inferre ruinam,

Protegitur murus pannis, latisque tapetis,
 Et turres habuere sui munimina vestes,

Fulcraque collatæ luserunt sæpius ictus
 Molis, & appositæ texerunt cætera crates.

Sicut aves reparant nidos, quos destruit aura
 Cum tremulos venti vis concutit aëre ramos,
 Sic Ebusitani muros, ac mœnia cuncta
 Solliciti reparare student, præsentia quorum
 Assi-